

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Doctrina siue doctor ak
cum uariis

In lectione non uerba sed ueritas est amanda. Sepe autem reperitur simplicitas ueridica et falsitas composita que hominem suis erroribus illicit, et per lingue ornamenta laqueos dulces aspergit. Nichil enim aliud agit amor mundane sciencie nisi extollere in laudibus hominem; nam quanto maiora fuerint studia, tanto animus arrogancie fastu inflatus maiori intumescit iactancia.

Ysidorus libro III. de summo bono.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P v¹ v² L¹ L²):

reperitur simplicitas] simplicitas reperitur C; illicit] illic L²; per *om.* (*cor. supra lin. ab alio manu*) C; Ysidorus] ibidem L²